



z. n. 19. (5) si effectum successivum habeat, unicus actus nequit dici directa contraventionem inducens, L. 12. C. de excus. tut. & C. 16. X. de vit. & hon. Cler. ubi Clericus negotiator post trinam demum monitionem clericale privilegium quoad bona amittit... si privilegium affirmativum sit & privatae personae concessum, voluntario non-ulu per decennium expirat L. 1. ff. de nund. dixi voluntario: si enim utendi occasio defuerit, aut obstiterit impedimentum, aliud foret, Gail. L. 2. obs. 60. n. 1... Si privilegium universitati cuidam e. c. collegio canonicorum, monasterio &c. concessum reperiatur, tunc, si tractum successivum habuerit, agaturque de verâ aliquâ privilegii praescriptione, non-usus aut usus contrarius non nisi post lapsum quadraginta annorum privilegii amissionem operatur, C. 15. X. h. t. si agatur de simplice renuntiatione, quâ ad jus commune reditur, lapsus quadraginta annorum non requiritur, C. 6. X. h. t. Videtis Felin. & Panorm. in dict. Cap. 15. & post illos Gail. L. 2. Obs. 60. per tot. hîc, Dissertationis filum abrumpens, sequentiâ subijcio

## COROLLARIA.

1.  
Summus Pontifex concedit privilegia pro universâ Ecclesiâ irrequisito etiam Episcoporum consensu.

2.  
Sintne privilegia, an non sint, quæ in concordatis Sedem Romanam inter & in-clytam nationem germanicam sancita fuerunt, perinde est, ea nec S. Pontifex solus, nec solum Consilium aulicum Imperii authenticè interpretatur.

3.  
Privilegium exemptionis à solutione decimarum per quadraginta annos sine titulo contra Parochum non praescribitur.

4.  
Privilegium exemptionis à solutione decimarum arguit decimas non esse Juris Divini.

5.  
Privilegium decimandi à S. Pontifice personis etiam Ecclesiasticis concessam decimas novalium non comprehendit.

6.  
Regulares nec beneficium saeculare, nec privilegium saecularia beneficia acceptandi praescribunt, nisi immemoriali tempore, aut saltem quadragenario cum titulo.

7. Pri-



7.  
*Privilegium*, quo Clericis testamenti factio conceditur, non facit eis potestatem de bonis ab Ecclesiâ profectis ad causas profanas testandi.

8.  
Non obstante *privilegio* fori Clericus in causâ evictionis emtorum suum coram Iudice laico defendit.

9.  
Exceptio non nuperatae pecuniæ biennio quidem expirat ut *privilegiata* est, non etiam ut exceptio.

10.  
*Privilegium*, quo Princeps cuidam prædio necessaria ligna ex nemoribus suis vicinis concedit, non solum ligna igni alendo necessaria, sed quoque tigna (das Bauhölz) continet.

11.  
Minor in causâ individuâ constitutus cum Majore, hoc etiam invito, renuntias suo *privilegio* restitutionis in integrum.

12.  
*Privilegium* personale locari potest.

13.  
*Privilegium* Ecclesiæ fortius non est *privilegio* Minoris.

14.  
Fortius tamen est *privilegio* aliarum universitatum sæcularium.

S. D. G.



*Privilegium, quo Clerici  
bonis ab Ecclesiâ pr*

*Non obstante privilegio  
dice laico defendit,*

*Exceptio non numerata  
etiam ut exceptio,*

*Privilegium, quo Princeps  
concedit, non solum  
hölz) continet,*

*Minor in causâ indivi  
suo privilegio restituit*

*Privilegium personale lo*

*Privilegium Ecclesiæ for*

*Fortius tamen est privi*


facit eis potestatem de

orum suum coram Ju-

*privilegiata est, non*

nemoribus suis vicinis  
que tigna (das Baus

am invito, renuntias



**TIFFEN** Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black